



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iudicium De Articvlis Confessionis Fidei Anno M. D. XXX.
Caesar. M. Augustæ exhibitis, quatenus scilicet à
Catholicis admittendi sint aut reiiciendi**

Hoffmeister, Johann

Coloniæ, 1559

VD16 ZV 17723

De Aduentu Christi ad iudicium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34289

ARTICVLVS XVI.
Quæ hic desiderantur, in sequentibus ad-
iiciemus.

DE SECVndo CHRI-
sti aduentu, Articulus
XVII.

ITem docent, quod Christus ap-
parebit in consummatione mū-
di ad iudicandum, & mortuos om-
nes resuscitabit, pijs & electis da-
bit vitam æternam & perpetua gau-
dia, impios autem homines ac dia-
bolos cōdemnabit, vt sine fine cru-
cientur.

Damnant Anabaptistas, qui sen-
tiunt hominibus damnatis ac dia-
bolis finem pœnarum futurum es-
se. Damnant & alios qui nunc spar-
gunt Iudaicas opiniones, quod
ante resurrectionem mortuorum,
pij regnū mundi occupaturi sunt,
vbiq; oppressis impijs.

L 4 F. Ioan. Hoff.

ARTICVLVS XVII.

F. Ioan. Hoff.



Ocent illi quòd Christ⁹ ap.
parebit in fine mundi adiu
dicandum &c. quæ ex Euā
gelicis & Apostolicis literis
cognoscuntur ad iudicium
extremū pertinere: damnant item quę hu
ic fidei nostræ articulo repugnant. Anathe
matizant Iudæos, Anabaptistas, Millena
rios siue Chiliautas, item Origineanos &
huius impietatis reliquam fęcem. Hęc quo
niā fidei nostræ sunt, & ex Ecclesiæ prom
ptuario desumpta, meritò à nobis probá
tur. Quid enim in re manifesta, multisver
bis opus est? potuissent etiam hoc loci, me
ritò illi condemnari, qui ita credunt Chri
stū ad iudicium vētūrum in cōsummati
o nesculi, vt interim ipsius vero cor
pore & sanguine in Cœna do
minica careamus. Intelli
gis quos velim. Sed
hæc aliâs.

DE LIBERO HO
MINIS ARBITRIO, ARTI
CULUS XVIII.

DE